



# CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

---

BENEVENTANA

BEATIFICATIONIS et CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

**TERESIAE MANGANIELLO**

IUVENIS SAECULARIS

E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI

INSPIRATRICIS SORORUM FRANCISCALIIUM IMMACULATINARUM

(1849-1876)

## **DECRETUM SUPER MIRACULO**

Venerabilis Serva Dei Teresia Manganiello nata est Montefusci, intra fines Archidioecesis Beneventanae, die 1 mensis Ianuarii anno 1849, e rustica profundae pietatis familia. Puella modo duodecim annorum votum emisit virginitatis et die 15 mensis Maii anno 1871 professionem religiosam in Tertio Ordine Sancti Francisci, apud quem mirum iter perfectionis consummavit, testimonium praebens magnae pietatis et devotionis praesertim erga Eucharistiam et Beatissimam Mariam Virginem, et extraordinariam paenitentiae conversationem vixit, quam cum profunda oboedientia et humilitate comitebatur. Anno 1874 licet phtisi correpta, mirabilia tamen laetae tolerantiae infirmitatis



poenarum praebuit exempla et virtutes patientis animi aequitatis et Seraphici Patris Francisci serenitatem ostendit testimonium. Die 4 mensis Novembris anno 1876 pie in Domino quievit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem Domini Hermanni D'Alfonso, litterarum geruli quinquaginta et quinque annorum, quem Romae mane diei 13 mensis Octobris anno 2001, laborem exercentem, improvisa ac repentina cordis pulsus et sanguinis transitus cessatio corripuit, quae, longius producta, eum exanimem, venarum pulsu anhelituque omnino exortem reliquit. Ambulatorii currus ope in loculamentum valetudinarii intensivis curationibus sepositum translatus, medici immane systematis nervorum iam provectum damnum agnoverunt, quod insequentia examina quoque confirmaverunt, et, perpensa gravitate et difficultate casus, prognosim infaustam quoad et vitam et valetudinem dixerunt.

Exinde cum vita eius in extremo esse discrimine constitit, simul ad divinum confugerunt auxilium per intercessionem Servae Dei Teresiae Manganiello infirmi proximi una cum presbytero cappellano et aliis in nosocomio receptis aegrotis et ipsis Sororibus Immaculatinis Sancti Francisci, quae Venerabilem puellam tamquam «inspiratricem et lapidem angularem Instituti» sui habebant. Quae invocationes usque ad plenam infirmi sanationem processerunt, quam inter dies 2 et 4 mensis Novembris patuit, cum Hermannus e superiore ad loculamentum pro cordis curationibus constitum translatus est, eodem vero tempore tridui in vico Sancti Egidii apud Montefuscum, in commemoratione transitus Servae Dei celebrati, quod enim – sicut dictum est – die 4 mensis Novembris occurrit. Die 15 mensis Novembris anno 2001, Dominus Hermannus, integra cum esset corporis valetudo, a nosocomio dimissus est.





De hac mira habita sanatione apud Tribunal Vicariatus Urbis inter dies 29 mensis Aprilis et 28 mensis Novembris anno 2002 Inquisitio Dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 22 mensis Maii anno 2003 probatae sunt.

Dicasterii Medicorum Collegium in sessione diei 2 mensis Iulii anno 2009 una voce ac sententia sanationem inexplicabilem secundum hodiernam scientiam medicam, praesertim deficientibus in systemate nervorum effectibus pulsus cordis et anhelitus cessationis longius productae, fuisse affirmavit eamque rapidam, completam et duraturam censuit.

Die 22 mensis Septembris anno 2009 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 16 mensis Novembris anno 2009 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Francisco Croci, Episcopo titulari Potentino in Piceno, et in utroque coetu sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, sanationem Domini Hermanni D'Alfonso verum miraculum fuisse intercessioni Venerabilis Servae Dei Teresiae Manganiello tribuendum agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Teresiae Manganiello, christifidelis laicae e Tertio Ordine Sancti Francisci, videlicet de celerrima, perfecta ac constanti sanatione Domini Hermanni D'Alfonso a «danno cerebrale post-anossico di origine cardiaca (arresto cardio-circolatorio protratto)».*



Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de  
Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Decembris anno Domini 2009.



† ANGELUS AMATO, S.D.B.  
Archiep. tit. Silensis  
*Praefectus*



† MICHAËL DI RUBERTO  
Archiep. tit. Biccarensis  
*a Secretis*



TRADUZIONE

Venerabile Serva di Dio  
TERESA MANGANIELLO

La Venerabile Serva di Dio Teresa Manganiello nacque a Montefusco, arcidiocesi di Benevento, il 1° Gennaio 1849, in una famiglia contadina di profonda religiosità. A dodici anni fece voto di verginità e il 15 maggio 1871 divenne professa del Terz'Ordine Franciscano, nel quale compì uno straordinario cammino di perfezione, dando prova di grande pietà, e devozione specialmente verso l'Eucaristia e la Vergine SS. e visse un non comune spirito di penitenza, accompagnato da profonda obbedienza e umiltà. Nel 1874, colpita da tubercolosi, diede mirabili esempi di gioiosa sopportazione delle sofferenze legate alla malattia e dimostrò sempre imperturbabile serenità d'animo e di francescana letizia. Si spense il 4 novembre 1876.

In vista della sua Beatificazione, la Postulazione della Causa ha sottoposto al giudizio di questa Congregazione delle Cause dei Santi la presunta guarigione miracolosa del signor Ermanno D'Alfonso postino di 55 anni, avvenuta a Roma la mattina del 13 Ottobre 2001. Mentre era al lavoro fu colpito improvvisamente da arresto cardio-circolatorio protratto, rimanendo privo di conoscenza, di polso e di respirazione. Trasportato in ambulanza al pronto soccorso di una struttura ospedaliera, gli venne costatato un notevole danno neurologico già instaurato; questa diagnosi fu confermata da successive indagini. Data l'estrema gravità e



complessità del caso, i medici emisero una prognosi infausta sia “quoad vitam” che “quoad valetudinem”.

Le invocazioni alla Venerabile Serva di Dio Teresa Manganiello furono elevate, fin dal momento in cui si constatò la minaccia per la sopravvivenza, da parte dei parenti del paziente, del cappellano, degli altri ricoverati e delle Suore Francescane Immacolatine, che considerano la Serva di Dio “Ispiratrice e Pietra Angolare del loro Istituto”. Le invocazioni continuarono fino alla guarigione definitiva dell'infermo, constatata tra il 2 e il 4 novembre, giorno in cui Ermanno fu trasferito dal reparto di Rianimazione a quello di Cardiologia: la guarigione coincide con il triduo celebrato a Sant'Egidio presso Montefusco in memoria del Transito della Serva di Dio, avvenuto il 4 Novembre. Il 15 novembre 2001 il sig. Ermanno fu dimesso in normali condizioni fisiche.

L'Inchiesta Diocesana “Super asserto Miro” fu istruita dal Tribunale del Vicariato di Roma dal 29 aprile al 28 Novembre 2002. la Congregazione delle Cause dei Santi emise in data 22 Maggio 2003 il Decreto di validità giuridica.

Il caso fu discusso dalla Consulta Medica del 2 Luglio 2009. I periti all'unanimità hanno ritenuto la guarigione scientificamente inspiegabile, alla luce delle attuali conoscenze mediche, soprattutto per l'assenza di reliquati neurologici a seguito del prolungato arresto cardiaco e respiratorio, e hanno giudicato la guarigione “molto rapida, completa e duratura”.

Il 22 Settembre 2009, si è tenuto con esito positivo il Congresso Peculiare dei consultori teologi. Il 16 Novembre 2009 i padri



Cardinali e Vescovi riuniti in Sessione Ordinaria, essendo Ponente della Causa l'Ecc. mo Mons. Franco Croci, Vescovo titolare di Potenza Picena, hanno riconosciuto che la guarigione del signor Ermanno D'Alfonso fu un vero miracolo da attribuire all'intercessione della Venerabile Serva di Dio Teresa Manganiello.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Teresiae Manganiello, Christifidelis Laicae e Tertio Ordine Sancti Francisci, videlicet de celerrima, perfecta ac constanti sanatione Ermanni D'Alfonso a “danno cerebrale post-anossico di origine cardiaca (arresto cardio-circolatorio protratto)”.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Decembris A. D. 2009.

† ANGELUS AMATO, S.D.B.  
Archiep. tit. Silensis  
*Praefectus*

† MICHAËL DI RUBERTO  
Archiep. tit. Biccarensis  
*a Secretis*